

Sophoni illi Carthaginiensi conferri possint, quem refertur insolita quadam, ac inaudita industria domi suae plurimos cervos, turbos, psittacos, aliosque huius generis volucres humanam vocem edoctas imitari aluisse, easdemque instruxisse, ut dicerent: *Sophon Deus est*; postmodum vero ita pronuciare instructas, e caeva dimittens, delatis illius praecones fuere: unde quotquot illas audiebant, stupefacti dicebant: sane Sophon Deus est, cum volucres coeli diserta voce deitatem eius proclamant. Hoc etiam eodem morbo his nostris corruptis temporibus Principes laborare non sine magna Reipublicae iactura cernimus, veritatem dicentes famulos abhorrent, veraces a se abigunt, sinceros amicos expellunt, contra praedicatorum verbi divini eos increpantem indignantur, et obmurmurant, turbos illos loquaces, atque adulatorum psittacos querant, qui sibi blandientes dicant, *Sophon Deus est*. Non sic hodierna die Christus Dominus, non sic, sed discipulos arguit, increpat, et durus appellat, ac rebelles corde ad credendum mysteria Dei. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XIV.

Multis sacrae Scripturae locis Christi Ascensionem pulchre illustrantibus, ingenitico conceptum copia verba illa elucidantur, Dominus quidem Iesus postquam loquutus est eis, assumptus est in caelum.

Memoriae proditum reliquit Sanctus Marcus Evangelista, Christum priusquam iter arripere, per quadraginta dies immoratum fuisse inter discipulos suos, gloriam corporis sui illis ostentantem. Sicut enim cum equites in eodem stadio currunt, qui accipit brævium, obtenta victoria non modo statim ab illo non desilit, quin potius deambulans elato in manibus praemio ad victricis suae ostentationem per idem stadium regreditur; ita divinum Verbum postquam e caelo descenderat, et carnem induens in stadio huius vitae insigni illi, atque obsequentissimo pariter et ornatissimo humanitatis suae equo insidens, fidelissime circumferat, ut ait David (Psal. 18.), *Ad currendam viam a summo caelo egressio eius*, in cursus sui termino, atque coronide, hoc est in morte, inclinato capite substituit, iterum per resurrectionis gloriam, quasi elata manu palam praemium gestans, corporis sui claritatem ac maiestatem ostentans regreditur, (Act. 1.): *Per dies quadraginta apparens eis, et loquens de regno Dei*. Ad quod etiam alludunt illa divi Marci verba (Marc. 16.): *Postquam loquutus est eis, quae veluti summam, et epilogum quendam huius evangelii continent. Perinde enim se habent, ac si diceret, postquam eos mundi debellatores, et sacri Evangelii praecones constituerat: Euntes in mundum praedicate Evangelium omni creaturae, as-*

sumptus est: postquam omnes docuerat animarum salutem non ex sola fide, sed ex operibus pendere (Qui crediderit, et baptizatus fuerit, hic salus erit.), assumptus est.

Postquam credentibus eorum praedicationi virtutem, ac potestatem supra daemones, serpentes, et omnem infirmitatem eius liberaliter daturum pollicetur: *Signa autem eos, qui crediderint, haec sequentur: In nomine meo daemones eicient, linguis loquentur novis, serpentes tollent: et si mortiferum quid biberint, non eis nocbit, assumptus est*. Postquam denique omnia, quae ad bonum Ecclesiae catholicae regimen spectabant, summa sapientia stabilierat, assumptus est in caelum.

Mysterio sane non vacat, ut observat sanctus Augustinus (serm. tertio de Ascens.), quod in sacris litteris Christi Domini Ascensionis quoque active, et quandoque passive explicatur: Christus active eam significavit (Joan. 20.): *Ascendo ad Patrem meum*. Apostoli etiam, et pater abesse, mater saltem eis non desisset. Pater Concilii Nicaeni in symbolo unanimitate consensus dixerunt: *Ascendit in caelum*. E contra divus Marcus Evangelista passive eam declaravit, *assumptus est in caelum*; et D. Lucas, *ferabatur in caelum*.

Id in hoc mysterii latere putat sanctus Augustinus, quod Christus Deus et homo eum esset, ratione Deitatis propria ac inata sibi virtute ascendeat, et seipsum elevabat; ratione vero humanitatis elevabatur ac ferebatur. Itaque ait Augustinus: *In eo qui elevat, deitatem potentiam; in eo quod elevabatur, humanam agnosce substantiam*.

Verum verbo illi assumptus est non nihil inhaeremus, et vim in eo facere mihi liceat. Non parum ex illo innoscescens, ac tenerimus Christi amor erga discipulos suos: adeo enim anima illius conglutinata erat animae eorum, ut ad recessum ab illis opus fuerit aeternum Patrem ab illorum aspecta eum subducere, ac sibi illum assumere. Ad id ergo significandum ait Evangelista *assumptus est*.

Quin etiam et huius assumptionis tempore Severus Sulpitius, et Aymon sacratissimas pedum suorum plantas saxo illi cui insistebat, impressas reliquisse affirmant. Unde videtur, eum quasi pedibus saxo illi vehementer haesisse, significans, quod si aliter Pater non decrevisset, diutius adhuc hominum consortio, et consuetudine uteretur.

Atque hinc est, quod quamvis mirabilis omnipotentiae suae virtute in ictu oculi terra ad caelum conscendere potuisset; voluit tamen, dum ab illis discendebat, paulatim atque pedetentim scendere in conspectu illorum: *Videntibus illis elevatus est*, non solum ut manifestaret, sed ut produceret esset ascensio.

Singulari profecto consideratione dignum esse reor ad Christi erga nos ardentem amorem comprobandum, eius in hunc mundum adventum celere adeo fuisse, ut Sponsa diceret (Cant. 2.): *Veni saliens in montibus, transitus colles*; hodie vero et contra in caelum propriam eius patriam tendens, non celeri cursu, sed lento revertatur gressu.

Quid est, queso, Domine Iesu, quod in mundum tot ac tam acerba passurus volucis-

simo cursu descendis, sicut gigas ad currendam viam a summo caelo egressio eius; in caelum vero in aeternum regnaturus, et ad Patris dexteram sessurus, iam lento regrederis passu? E quidem Domine Iesu, te mihi respondere audio; Amor, qui calcaria mihi addidit, ut tanta cum celeritate vestro usus consortio descenderem, quia deficiat meae esse cum illis hominum, ille idem habenas non laxavit, sed strinxit, ut morose satis a vobis discederem.

Sed continere me non possum, dulcissime Domine Iesu, quin te interrogem, quomodo in caelum ascendens sanctissimam Virginem tibi adeo dilectam tecum non sublevasti? Sane et in hoc Christi Domini singularis erga nos mihi detegitur amor: Matris enim super omnes puras, creaturas sibi dilectissimae dulcissimo in coelis consortio pro nobis orari voluit, inestimabilemque hoc discipulis suis amoris pignus reliquit, ut iam quod eorum pater abesse, mater saltem eis non desisset.

Ad eum enim modum, quo naturae auctor providit, ut eum occidente, Luna se manifestans viatores illuminet; ita etiam idem, quatenus auctor gratiae, cum primum sol iustitiae Christus se ab sublinari mundi huius hemisphaerium subduxit, et ut ad coeleste transmigraret, a nostris oculis evanuit, continuo discipulorum necessitatibus subveniendis, et eis in multis ab ea illuminandis pulchram Lunam Mariam Matrem suam substituit: Lunam certe non decreverunt, sed plenam, ut Angelus eam compellavit (Luc. 1.): *Ave gratia plena, Dominus tecum*. Referunt divinae litterae in huius figuram libro Iudicum, quod toto tempore, quo filii Israel Iudice ac gubernatore carterint, insigne feminarum, Debboram nomine, gubernatricem habuerint, in qua veluti divino quodam oculo Spiritus sanctus assistebat ad bonum reipublicae illius regimen, et ut egentium necessitatibus praesto occurreret. Non dissimiliter Christus Dominus assumptus Rex, ac reipublicae Christianae rector et moderator, cui aeternus Pater omnem delegavit potestatem iudicariam, *Omne iudicium dedit Filio*, eum gloriose Ascensionis suae die discessurus esset, prudentissimae Debborae, sacratissimae videlicet Mariae, in qua tanquam in divino quodam oraculo Spiritus sanctus aderat, discipulos tanquam verae eorum regenti commendavit. Haec igitur de causa Christus ascendens in caelum secum non duxit matrem suam, sed discipulis eam in magistrum, dominam, et gubernatricem reliquit.

Assumptus est in caelum. Praesens triumphantis Ascensionis Christi mysterium egregie declarat illa Prophetiae verba: *Tamquam sponsus procedens de thalamo suo, exiit ut gigas ad currendam viam, a summo caelo egressio eius, et occursum eius usque ad summum eius*: quae verba licet partim exposuerim in superioribus, latius tamen hic elucidanda, et illustranda veniant.

Quidam interpretes hunc locum de ipso solo materiali exponunt; longe tamen a veritatis scopo aberrant, cum apertissime ipse David de Christo sermonem faciat, dum ait: *A summo caelo egressio eius*. Satis autem super-

que notum, et omnibus exploratum est, solem non in supremo, sed in quarto caelo sedem suam semper habuisse. Ut igitur locum hunc de Christo Domino cum divo Augustino interpretem, nihil aliud dicere voluit Prophetia, quam Christum veluti sponsum animarum dilectione fragrantem et thalamo pectoris aeterni Patris processisse, non modo ad intra, ut aiunt Theologi, per generationem aeternam, sed ad extra per nativitatem temporalem ex visceribus sanctissimae Virginis, ubi se ad peragendum totius vitae suae laboriosum cursum aptavit, ut Apostolus dixit (1. Th. 10.): *Corpus autem aptasti mihi*. Aptavit certe ad famem, sitim, frigus, et inopiam, et alios plures labores perferendos; et tandem nudus in cruce expiraret, ubi divinus hic sol quasi caliginem quandam, ac ellipsim passus, obtenebratus fuit. Ad hoc enim tendebat illa *A summo caelo egressio eius*: ortus enim est ex caelo, ut occasus esset in cruce. Verum cum iam vitae huius stadium percussisset, ac terram nostram visitasset (Luc. 1.): *Visitavit nos oriens ex alto*, in inferni abyssum Sanctorum praedia illum spoliaturus descendit, indeque postea reverens *Videntibus discipulis elevatus est in caelum*, ut inde ardentes suae charitatis radios emittens, omnes Ecclesiae catholicae arborum fructus eius calore maturaresceret (Psal. 18.): *Nec est qui se abscondat a calore eius*. Concione profecto iustitiae solem Christum splendidissimo huius mundi Phoebae comparari autumat Cyrillus Alexandrinus (libro de vero cultu et adoratione). Recenset quidem nonnullos ex antiquis illis Graecis Philosophis voluisse solem divinae esse naturae, cuncta videre, audire, ac omnia et singula intelligere.

Alii vero, ut s. Augustinus ait, animam, seu mundi mentem illum compellabant, ac tandem universi Deum sub Iovis nomine vocitabant. Verum ut rudes, indoctasque errantium gentium nequas misas faciam, de sole ceteris omnibus melius atque aptius sensit sapientissimus ille Salomon (Ecl. 1.): *Oritur, ait, sol, et occidit, et ad locum suum revertitur; ubique renascens agrat per Meridie, et flectitur ad Aquilonem, lustrans universa in circuitu pergit spiritus, et in circuitu suos revertitur*. Varios hoscce solis cursus S. Hieronymus de cuiusque diei curriculum explicat, alii de totius anni cursu per quatuor illa tempora, hyemis, veris, aestatis, et autumnii; quidquid tamen sit de hoc circulo sui cursus solis huius, mihi coelestis solis iustitiae cursus velut quadam eorum vivam imaginem admissum referunt, ipso dicente (Joan. 16.): *Exiit a Patre, et venit in mundum; iterum relinquit mundum, et vadit ad Patrem*. Ab ortu pectoris aeterni Patris exiit (Mich. 5.): *Egressus eius ab initio a diebus aeternis*; et alibi (Zach. 16): *Vir oriens nomen eius*. Quia tamen non solum exiit a Patre, sed etiam a Matre, subdit: *et venit in mundum*. Et quia in cruce pendens venit in occasum, ubi auctor eum esset vitae, occubuit, ideo ait iterum relinquit mundum, quae manifeste delineatur in praecitatiis verbis Ecclesiastici

oritur sol, et occidit, et ad locum suum revertitur; deinde mundum per aliquod temporis spatium tenebrarum caligine obscuratum relinquens sub terra se occultavit, ad infernum descendens; sed inde resurrectione renascens, et venio veluti effulans sol, oriens sepulchri claustra penetravit: *ibi renascens girat*: nam iterum terram visitavit, et Apostolos suos novis radiis illustravit, *lustrans universa*. Ac tandem sicut sol revertitur in circuitus suos, ita hodierna die in coelum unde descendit, ascendit, et *vado ad Patrem*. Habacuch (*capite tertio*) dixit: *Sol, et luna steterunt in habitaculo suo*: quae verba sanctus Gregorius exponit de Christo sole instituae hodierna die in coelestem aulam redeunte, ac de luna, id est Ecclesia, variis diversisque hostibus a primordiis suis oppugnata: *Expugnaverunt me a iuventute mea*.

Verum ipsa ardeat illa divini huius solis luce illustrata clarior praefigat; inimici vero illius tanto radorum fulgore offuscati remaneant, ut cecinerit Habacuch. c. 7.: *Ibunt in splendore fulgurantis hastae tuae*; quasi dicat, radii fulgentissimi a facie tua egredientes, Ecclesiae tuae radii fulgoris, inimici vero fulguris erunt, veluti tempore Iosue contigisse legimus. Cum enim sol in medio coeli stetit, ut integram ac perfectam illum de inimicis victoriam obtineret, solares radii, qui Iosue militibus gratissimi, hostibus infestissimi existebant. Unde David (*Psal. 67.*): *Exurgat Deus, et dissipentur inimici eius*: quasi dicat, exurgat in altum sol iustitiae, et a conspectu eius universae tenebrae dissipentur, et inimici eius conturbentur, et expavescant; contra amici exultent, et laetentur, in-trentes admirabilem fructum divini huius solis hodierna die et terra sublevati, ac terrae vapores, et exhalationes, sanctos nimirum Patres in illius tunc absconditos, atque reclusos post se attrahentis.

At ut claris, atque evidentius vobis divini huius solis mirabiles fructus ob oculos ponam, uberrimam illam Moysis benedictionem, qua Iosepho benedixit, explicemus (*Deut. 33.*): *De benedictione Domini terra eius, de pomis fructuum solis ac lunae; benedictio illius, qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph, et super verticem Nazaraei inter fratres suos*.

Pulcher locus, sed difficilis, in cuius tamen expositione sanctus Gregorius Nyssenus observat ad litteram de ipso Patriarcha Ioseph minime esse intelligendum: siquidem tempore huius benedictionis Mosyaeae iam ab annis trecentis obierat in Aegypto; ideoque intelligendum hunc locum de Christo Redemptore nostro, cuius veluti quaedam imago erat ipse Ioseph, tum propter singularem eius formae venustatem, atque insignem sapientiam, tum quia a fratribus suis persecutus ac venditus, tandem de ipsis triumphaverat.

Verum ad illustrandum hunc locum si accuratius huius divini solis fructus percellere desideramus, nullus profecto propheta regio David (*Psal. 103.*) nobis melius edisserit: *Posuisti tenebras, et facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiae silvae. Ortus est sol, et congregati sunt, et in cubilibus suis collocabuntur*.

Ita Domine tempora disposuisti, ut sole radios suos in occasu abscondente, ac veluti tenebroso quodam velo instar noctis universam terram cooperiente, homines veluti emendicatis quibusdam solis reliquiis, lucernis accensis adversus tenebras noctis umbras se protegant, quae tunc temporis maiores esse solent, ut pastor illo apud Virgilium Meliboeo dixit:

*Et iam summa procul villarum culmina
fumant,
Matoresque cadunt altis de montibus um-
brae.*

Tunc ergo ait Propheta David, ferocissimae quaque bestiae ex antris suis egredientes per campestria hinc inde discurrunt, ut praedam sibi quaerant, ut rapiant, et quaerant a Deo escam sibi. Tunc temporis aves formidolosae nidis accubant, infirmi quasi caliginosae noctis moerore eos infestante delirantes se habent, ac tandem horribilia phantasmata, quae procul abigi postulat Ecclesia catholica, procul recedant somnia, et nocturnum phantasmata; tunc domorum habitatores terrore, ac pavore percussos conturbant, vexant, et plerumque insomnes cum anxietate noctes ducere compellunt: *Ortus est sol, et congregati sunt, et in cubilibus suis collocabuntur*. Cum oritur sol, et longe recedunt tenebrae, leones, tigres, ursi, aliaque fera animalia ad caliginosas quae incolunt, cavernas regrediuntur, singuli mortales singulis operibus vacare incipiunt, unusquisque ad opus suum praestandum se accingit, agriculter ad vineam, iudex ad tribunal, ecclesiasticus ad chorum, advocatus ad clientis defensionem, scholasticus ad lectiones.

Orto etiam sole, solo eius aspectu claritate perfusa, montes et valles, colles et planities videntur prae nimia laetitia ridere. Ac tandem sole irradiante terra uberior et fecundior redditur: quod universalem parit laetitiam, David dicente (*Psal. 64.*): *Benedices coronae anni benignitatis tuae, et exultatione colles accingentur. Induti sunt arietes ovium, et valles abundantur frumento: etenim hymnum dicent. Sed iam lunae tanquam sociae ac amicae solis, et inter planities omnes illi magis similis fructus perscrutentur. Commemorat illos dicit Ambrosius (*in suo Utiacamerone*): *Ipsa noctem illustrat, rorem generat, mare gubernat, aërem purificat, et plerosque alios etiam admirabiles eius effectus in hisce rebus inferioribus. Isti sunt lunae ac solis fructus, quibus Moyses in praedieta benedictione Iosephum locupletari cupiebat. Neminem vestrum fratres ignorare arbitror, ante ortum huius divini solis iustitiae universum terrarum orbem tetra ignorantiae caligine oppressum, ac daemonis tyrannide vexatum; qui tanquam leo effrenis innumeris infestationibus mortalium genus infestabat.**

Cum primum tamen ortus est sol iustitiae, qui erat splendor Patris, ex oriente viscerum Mariae, universum orbem innumeris bonis, doctrina, splendore, vitae exemplo, sacramentis, meritis, sanguine, ac morte sua locupletavit. At in morte sole divino hoc occidente tenebrae redierunt, quibus discipulorum animi

plurimum contristati turbatique fuere: immo et nonnulli incredulitatis tenebris involuti, divo Marco id attestante (*Marc. cap. 16.*): *Exproubravit incredulitatem eorum*.

Verum tunc temporis opportune renatus est sol iustitiae, et qui antea sub nubibus mortis fuerat, exurgens ex mortuis continuo ad antra, et cavernas suas leones ferro cissimi, nempe daemones, abacti sunt (*Marc. 16.*): *Daemonia eiecit*. Balbi loqui ceperunt, *linguis loquentur nocis*. Venenosi peccatorum serpentes aufugerunt, *serpentes tolerant*. Aegri peccatores novo quodam refrigerio relecti, atque ad pristinam fuere restituti sanitatem (*Marc. 17.*): *Super aegros manus imponunt, et bene habebunt*. Ac demum quomodocumque oriente sole agricolae colendis vineis, ceterisque operariis suis accinguntur operibus, ita etiam sacri illi Apostoli, quibus ut operariis a Patrefamilias conductis Ecclesiae catholicae agriculturam credidit, confestim egressi fuere, ut hanc Christi vineam excolerent: *Euntes praedicato Evangelium omni creaturae*. Unde ad varias mundi partes se diviserunt, ut significavit Zacharias, sub obscurissimis tamen verbis: *Et stabunt pedes eius in die illa super montem olivarum, et scindetur mons olivarum ex media parte sui ad Orientem, et ad Occidentem*.

Non me latet quosdam interpretes hunc locum explicare de passione Christi Domini, cum petrae scissae, aperta monumenta, immo, ut alii addunt, Alyceriae in Etruria, et sancti Angeli in Sicilia montes discissos fuisse. Ego tamen veritatis admodum consentaneum iudico, Prophetam loqui de Christi Domini Ascensione: id enim satis indicat, quod ait, *Stabunt pedes eius in die illa super montem olivarum*, cum constat inde Christum coelum conscendisse. Id etiam, quod subiungit, *Scindetur mons olivarum*, eandem expositionem stabilit, et oppositam expugnat: nam cum mons ille revera in se scissus, aut divisus non fuerit, intelligi debet de Ecclesia per montem olivarum apte satis significata, ut observarunt divus Ambrosius (*in cap. 1. Luc.*), Eusebius Caesariensis (*libro sexto de domini, capite octavo*).

Tunc enim Apostoli, in quibus praecipue erant Ecclesia, in quatuor orbis partes ad progendam fidem catholicam divisi fuere, ut testatus est David, dicens (*Psal. 18.*): *Et quidem in omnem terram exivit sonus eorum, Orientem videlicet, Occidentem, Septentrionem et Meridiem, iuxta praecipitum illud Christi (*Marc. 16.*): *Euntes in mundum praedicato Evangelium omni creaturae*. Verum ut huius divini iustitiae solis benedictionis fructus in dies maius ac maius augmentum susciperent, priusquam ad coeleste emisphaerium migraret, loti Ecclesiae omnibus bonis exuberantem benedictionem impertiri dignatus est (*Luc. 24.*): *Elevatis manibus benedixit eis*. Nonnulli autem hanc Christi benedictionem in crucis formam factam fuisse, ut illam principium ac originem nostrae salutis, et omnis coelestis benedictionis esse doceret. Unde ex divina institutione, et traditione semper in Ecclesia iste viguit benedicens mos facti signo in formam crucis, ut*

observavit sanctus Basilus (*libro de Spiritu sancto cap. 37.*).

Haec tamen Christi in discipulos suos collata benedictio non modo signis, et verbis constitit, sed donis et coelestibus fructibus foecundissima. Si cum Deus in principio creationis mundi terram benedixit, fertilem adque alioque foecundam, omniumque Arcadiae populi uti Deam illum adoret; et dum Deus Sarac benedixit, continuo sterilitatem abstulit; et cum Deus praedixit benedictionem suam super Abraham futuram, confestim subitoxit se magnam filiorum copiam ei daturum; ac denique si Christi illa in sicum maledictio tanta fuit potentiae ac efficaciae, ut continuo, sicut ait sacer textus, auerit; quis eius benedictionem efficit, et virtutis minoris ad uberrimos fructus producendos existimabit? Quod si etiam illa Patriarchae Isaac benedictio in filium suum Jacob, et illa Jacob manibus in modum crucis complicatis erga suos nepotes Ephraim et Manasse, quis eius benedictionem efficit, quodam sacrificio elevatis manibus in totum collata populum malis bonis superfluentem et exuberans fuit; et si itidem in lege gratiae Summi Pontificis benedictio sine remissionem ac plenariam peccatorum nostrorum indulgentiam, veluti quendam copiosum gratiarum imbrem mittentes, non solum impertitur; et si Ecclesiasticus ait (*Eccles. 3.*): *Benedictio patris firmat domos plurimum*; quid, quos benedictio divini Isaac in cruce pro nobis immolavit? Quid benedictio nostri Jacob vigilantissimi pastoris insomnes noctes ducentis super gregem suum? *erat pernoctans in oratione*: quid foecunda benedictio summi Sacerdotis secundum ordinem Melchisedech, et primi Ecclesiae catholicae Episcopi? Ut vocat eum divus Petrus (*1. Petr. v. 1.*) *Episcopum animarum nostrarum*; quid, inquam, boni in fidelium animis non causabit? Bona haec paucis perstringit Zacharias, dicens (*Zachar. c. 8.*): *Vinea dabit fructum suum, et terra dabit germen suum, et colles dabit rorem suum: et sicut eratis maledictio, eritis et benedictio*.

Copiosus quidem rores gratiae et coelo defluet, iusti bonis operibus vacabunt, et peccatores autem ob gravia maledicti flagitia fructuum copia, solis et lunae benedictionibus abundabunt (*Deutor. cap. 33.*): *De pomis fructuum solis et lunae erit benedictio tua*. Deum benediciente Christo discipulis suis, eoque ipsis videntibus in altum per aera ad caepiondam pro se ceterisque nobis omnibus coelestis regni possessionem ascendente, duo Angeli ab alto delapsi audistis, dicens (*Luc. 24.*): *Firi Galilaei, quid statis aspicientes in coelum?*

Mysteriosa admodum verba, atque admiratione digna? Sub illis enim aeternae salutis nostrae significationem redargunt. Galilaeus namque iste quod transmigrans seu viator, unde perinde fuit, ac si dicerent: Viatores estis, et ad peregrinationis terminum appropinquare non elaboratis? advenae, et peregrinantis in terra aliena, et ad patriam

non proferatis, sed pedibus et animis fixi hic statis? serine potest, ut vos qui brevem molestiam hic sustinentes, paenae aeternitatem vitare, gloriae vero aeternitatem comparare valeatis, nihilominus statis? Si igitur vere Galilaei estis, omnem operam impendite vestram, ut ad aeternae felicitatis domicilia transvehamini.

Certiores enim vos omnes facio (Act. 1.): *Quod is veniet quemadmodum vidistis eum euntem in caelum.* Ut enim in nube regnatorum ascendere vidistis Angelis iudicium stipatum, eadem pompa, et maiestate mundum iudicaturum descendere videbitis: quemadmodum nunc benedicens iustus ascendit (Luc. 24.): *Et benedicens ferbatur in caelum:* ita tunc temporis malis maledicens descendet. Porro praedicationis argumentum, et thema, quod in die ascensionis Angeli proponendum assumserunt, non possum non vehementer mirari. Quis vestrum concionatori non obmurmuraret, qui in die triumphantis Christi Ascensionis de tremendo die iudicii ad populum concionem haberet? et tamen Angeli divinitus edocti eo die de terribili iudicii adventa verba faciunt. Sane non inepte putaverim id consulto factum esse, tum ut divini verbi praedicatoris edocentur etiam in Christi solemnissimis festivitatibus tremendi iudicii diem, inferni poenas aeternas, mortis incertum diem, et alia his similia, quae peccatores deterrere solent, opportune, et importune, ut docuit divus Paulus, inculcare licere: tum ut auditores moneantur concionatoribus id exequentibus minime detrahendum, sed cum sinceritate verbum audiendum, et Christi evangelio parendum. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XV.

Multiplici conceptuum varietate exponuntur sequentia illa eiusdem Evangelii verba: Euntes praedicate Evangelium omni creaturae: qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit. Signa autem eos, qui crediderint, haec sequentur. In nomine meo Daemonia eicient, linguis loquentur novis: et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super aegros manus imponent, et bene habebunt.

Euntes in mundum universum praedicate Evangelium. Mirabile sane est, quod Christus Dominus haec duo dissidentia adeo, atque ex diametro opposita extrema copulaverit, mundum scilicet, et Evangelium coniungens. Quis nostrum non stupet huius mandati regit, ac Apostolicae legationis disciplinis credita verba, quibus Christus Dominus, ut Evangelium mundo praedictum, divina ius-

sione imperat? Perscrutemur parumper quid mundus sit: profecto luporum gregem ex Christi sententia illum existimaverim, ipso dicente (Luc. 10 et Matth. 10): *Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.*

Mundus quid est? necromanticus, qui mille fallacis, atque praestigis mortalium animos deludit.

Mundus quid est? delirantium, et insanientium domus, Isaiä id attestante (Isa. 24.): *Insanient cultores eius.*

Mundus quid est? manifestus Christi hostis, summo odio illum prosequens (Ioan. 15.): *Me priorem vobis odio habuit.*

Mundus quid est? aedificium quoddam falso, et infirmo innitens fundamento (1. Ioan. 5.): *Totus mundus positus est in maligno.*

Mundus denique quid est, nisi peccatorum foedissima sentina, dolis, et fraudibus scaturiens, vitiolorum seminarium, dissolutionis, et lasciviae schola, mare turbulentum, quodis impatiens, ac tandem vera inferni elligies, et expressa imago? E contra vero Evangelium est Christi sanctitatis speculum, manna coeleste divinitus missum, sanae ac irrefragabilis doctrinae perennis fons, gladius anceps peccata reseccans, ac tandem pudicitiae, ac sanctitatis et virtutum omnium magisterium. Ut quid ergo Christus Dominus haec duo adeo inter se pugnancia extrema coniungit? quae enim coniunctio lucis ad tenebras, sapientiae ad insipientiam, munditiae ad munditiam? Sane quia (ut medicorum habet proloquium) *contraria contrariis curantur;* ideo Christus Dominus tanquam peritissimus medicus mundum, crudelem luporum feritatem imitanti, agnorum mansuetudine, fallacis, et dolis illius discipulorum sinceritate, demerentiae, ac insipientiae eius Evangelicae doctrinae sapientia mederi curavit. Itaque Christus Dominus mittit in mundum Evangelii praedicones, qui Evangelicae doctrinae armis illum debellent, humani generis hostem abigant, vitia eradicent, peccata extirpent, virtutes plantent, ac tandem mundum aloguim mundum mudent, et qui antea execrandus infernus erat, in amoenum paradysum convertant. Sed iam singula verba huius Apostolicae legationis perpendamus: *Praedicate Evangelium omni creaturae.* Paucis his verbis perstrinxit Christus Dominus documenta omnia tam positiva, quam negativa Evangelico praedicatori apprime observanda. In primis, praedicate Evangelium Christi, quasi dicat non poetica inventa, nugatrices fabellas, Plauti comoedias, et his similia, quae insipientiam aures demulcent, intellectum non illuminant, voluntatem non accendunt. Memini me non semel dixisse, ad populum concionem habens, verbum Evangelii praedicatoris in eo simile esse debere. Verbo increato aeterni Patris, quod quemadmodum hoc nunc ipso; ita verbum Evangelicae praedicationis non solum auditorum intellectum docere, sed in eorum voluntate Spiritum sanctum producere debet. Sed prohi dolor? hac tempestate non absque ingenti fidelium iactura verbi divini praedicones novimus non paucos ad ultimum

tes verbum Dei, ut verbis divi Pauli loquar, nam sicut adulterium committens non proli generationem, sed voluptatem suam quaerit; ita concionator, qui in auditorum animis non Deum, sed suam aestimationem generare contendit, adulter est, iuxta Pauli sententiam; tanto quidem turpior, ac deterior, quanto nobilioris fractus partum impedit. Calamitosis his temporibus propter maximam facturam patitur Ecclesia, quod praedicatoris magis oratores, quam Evangelici praedicones haberi appetant, unde profano, et comico idiomate, non Evangelicae dicendi ratione utuntur. Sed memnisse oporteret divum Paulum dicentem (1. Cor. 2.): *Non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis.* Unde divus Augustinus (de verbis Domini) ait: *Non convertit Deus peccatorem per oratorem, sed oratorem per piscatorem.* Sane concionatores, qui hoc novum adeo concionandi genus introduxerunt, et qui illud nutriunt, atque fovent, divinam ultionem absque dubio experientur, ut de facto experti fuere, quos commemorat Eusebius Caesariensis (li. octavo de praef. Evangelii.). Ait enim eloquentissimi Demetrii tempore, in cuius honorem, atque laudem ab Atheniensibus tercentae statuae intra Athenas erectae fuerunt, interrogante eum Ptolomaeo Philadelpho quomodo nullus ex praecipuis poetis, nec historiographis de Hebraeorum lege mentionem ullam facerent: respondit ille, se a Theopompo excellentissimo historico accepisse, quod tentans ipse eleganti, comique oratione quaedam veteris Testamenti suae inserere historiae, subito in terram decidens insanire coepit, in vindictam profecto, ut ipse testatur, quod sacra profano stylo pertractare ausus fuisset. Subiungebat etiam, Theodorum tragicum, eo quod ipsam in tragoedia quadam ellicere contendisset, continuo gravi caecitatis supplicio mulctatum fuisse.

Oportet tamen concionatorem non solum fucata verborum oratione non uti, sed vim maximam, atque energiam adhibere, ut frigidi auditorum animi incalcescant. Qui enim lente concionantur, parum, vel nihil auditores permovent: unde de Christo Domino ait Lucas: *Haec dicens, clamabat.* Scio Isaiam dixisse de illo (Isai. 42.): *Non clamabit, nec audiet vox eius.* Ita sane est, sed peccata quaedam perurumque adeo verecundiae limites transcendunt, et morum corruptela eo plerumque exerescit, ut contra illum stylium audentes, oportet etiam clamare, et vociferari, et caelum quasi manibus apprehendere velle, prout olim moris erat apud Prophetas, qui contra Idolorum cultum exardescerent, ad res ipsas inanimas se convertebant: *Audite coeli* (dicebat Isaias) *quae loquor, et aures percipite terra.* Semetis vero ad ipsum altare loquens in haec verba protulit: *Altare, altare, hoc dicit Dominus.* Tantaeque vi atque efficacia verba protulit, ut altare dirumperetur: *Altare quoque scissum est.* Haec dicebat, et persuadenti mirabili virtute insignis fuerit: ipsi illi primitivae Ecclesiae praedicatores, ut vaticinatus fuerat Isaias, dicens, quod ex quinque civitatibus, quae concenterentur

ad Dominum, civitas solis vocabitur una, in qua, ut referunt doctissimi quidam expositores, insignis doctorum erat academia, omnium naturalium scientiarum genere florentissima. Quid sane efficacitatis in suadendo, qua divini Verbi praedicones tunc misceae pollebant, manifestum argumentum est, cum portentosa illa gentilitatis monstra, quae in academia erant, expugnare, ac penitus demoliri valerent.

Tandem dicens Christus Dominus discipulis suis, *Praedicate Evangelium,* consequenter eis praecipit, ut digne, atque competenter munus illud obirent. Unde D. Paulus discipulum suum Timotheum edocens dixit (1. Tim. 4.): *Attende tibi, et doctrinae.* Primo ait tibi, secundo doctrinae: quia ut digne, et ut deceat, concionator hoc munere fungatur, oportet ipsum immaculatam vitam agere. Sed iterum, prohi dolor, sicut lima limandae hebetatur; horologium alios regendo continuo rotarum volutationibus deterioratur; lyra dulcem sonorum concentum auditoribus emittente fides eius atteritur, ita sane multis accidit concionatoribus, ut dum altorum vitia reprehendant, ipsi in eodem prolabantur; et dum altorum mores compendere tentant, ipsi ab incompositis suis moribus nunquam desistant, dumque Evangelicae doctrinae franco a peccatis alios avocant, sibi ad peccandum habenas laxant, quasi aliam legem, alia praecpta, immo et alium Deum sibi iudicem futurum credant. Huius conditionis praedicatores non solum Ecclesiae catholicae utiles, sed nocivi valde sunt: nam qui vitiae integritate, et sanctitatis exemplo non magis quam verbo docent, Evangelici praedicatoris non sunt, sed profanos, et dissolutos, et Domini gregis non canes, sed infestissimos lapos salus vociferantur. Itaque primum Pauli documentum, quod praedicatoribus praebet, est, quod attendat sibi ipsi, ut sancte, et compositae vivant. Secundum vero, ut attendant doctrinae: nam cum haec sit sal, oportet prudenter ea uti: quippe sicut temperatus salis usus cibos condit, excessivus vero, aut nimis illum corrumpit, simili quoque ratione si praedicatoris doctrina nimio, superfluoque reprehensionis sale abundet, non modo auditoribus non proderit, sed eorum animos potius offendet. Unde existimo, inter plurima, quibus valde similis est animarum debellatio regnorum expugnatio, illud unum praecipuum esse, prudentiam nempe cum labore coniunctam. Unde olim magnus ille Graeciae dux Agamemnon non semel dicebat in bello sibi magis prudentiam, quam fortitudinem necessariam videri, et prudentem Hectorem forti Achilli praefereandum esse. Ideo etiam Cato censorius aiebat Respublicas non tam ob strenuorum ducum penuriam, quam ob prudentium Consulum defectum plerumque fuisse devastatas, funditusque destructas. Hinc quoque magnus ille Alexander in sui exercitus duces non iuvenes, sed viros, quacitate, et prudentia seniores magis quam milites viderentur, eligebat. Et ipse Antigonus Macedonia Rex interrogatus, quem optimum ex-

erocitus sui docem reputaret, respondit Pyrrhum, si senisset, quippe qui experientia illius docente prudenter evaderet. Ea tandem omnia Salomonis verba confirmant, dicentis (Prov. 8): *Melior est sapientia, quam virtus, et vir prudens, quam fortis.* Et quidem experientia ipsa compertum est, et exploratum satis, in peccatorum obstinatis animis expugnandis maioris momenti semper fuisse conationem sanctitate, et mediocri doctrinae scientia conspicuum, quam nimia eloquentia, inanisque dicendi facundia praeditum, quae comicam magis, et histrionicam, quam Evangelicam dicendi rationem redolet.

Omni creaturae. Bifariam huiusmodi verba interpretari possumus. Primum, cum sancto Gregorio, (in *commen. huc Evang.*) dicente, per omnem creaturam hominem intelligi, *quia omnis creaturae aliquid habet homo:* habet esse cum inanimatis, vivere cum plantis, sentire cum animalibus, intelligere cum Angelis. Sicut enim computator consuevit calculatis variis numeris eos ad breviorum aliquid velut eorum compendium, et summam reducere: et sicut eloquens Orator, qui omnium, quae fusus dixerat succineti eplogo, ut orationi coronidem imponat, perstringit: ac demum sic apto anemum viridarum, odoriferisque consitum floribus quis ingrediens cum plantis ipsas secum transportare non possit, fasciculum floribus contextum sibi aptat, qui velut totius viridarum compendium quoddam est: ita Deus in hominis creatione, quae divinis perfectiones reliquis inerat creaturis, mirabili quodam compendio in formatione hominis uno velut in fasciculo copulavit. Dum ergo ait Christus Dominus, *Prædicate Evangelium omni creaturae,* perinde fuit, ac si diceret, *prædicate in primis et, quatenus convenit cum inanimatis (Hier. 3.): Terra, terra, quod verbum Dei, pubes es, et in pulverem reverteris.* Prædicate illi secundum id, quod cum plantis commune habet: *Fili hominis quid fet de lignis vitis? Sinite vos putari, et circumcidit: sin minus, fructum non afferetis, et in ignem mittentini.* Prædicate parti eius sensitivæ, in qua cum animalibus convenit: illud Davidis inculcantes (Psal. 31.): *In chamo, et fraeno maxillas eorum constringe.* Lascivientes, sensualitatis motus, ac libidinosos coercete appetitus. Prædicate hominis parti intellectivæ (Psal. 2): *Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram.* Rationes efficacissimas, quibus insentientium cultorum huius saeculi duras cervices, lapideaque corda emollitis, almente perpendite. Sic ergo homini prædicates omni creaturae prædicabilis est: nam pravo sit primus horum verborum sensus. Secundus est, ut perinde sit præcipere, ut prædicent omni creaturae, ac si diceret, *prædicate indifferenter Evangelium principibus, et servis; nobilibus, et rusticis; magistratibus, et curiae officialibus: sacerdotibus, et Ecclesiasticis; viris, ac feminis.* Hanc enim indifferenter præseferunt verba illa, *omni creaturae,* ut Apostolorum Princeps indicavit, cum dixit (1. Pet. 2.): *Subiecti estote om-*

ni humano creaturae, sive Regi tanquam excellenti, sive ducibus tanquam ab eo missis, etc. Ut ergo Christus Dominus significaret, verbum divinum indifferenter omnibus promulgandum esse, ideo ait, *prædicate Evangelium omni creaturae.* Hanc prædicationis normam secutus Ioannes Baptista, concionem habebat ad Reges, ad mercatores, ad milites, et alia diversa statuum genera, quibus omnibus, et singulis iuxta uniuscuiusque indigentiam salutaria documenta dabat, ut contestantur sanctus Matthaeus, et sanctus Lucas, Hanc tamen doctrinam primis docuisse videtur Propheta Isaias, dum verbum divinum pluviae, seu imbri comparavit (Isai. 5.): *Quomodo imber descendit de caelo, sic erit verbum meum.* Vehit enim pluvia, nebula et grando non moratur in aere, dum principes pertranseunt per viam ne illos offendant, sed indiscriminabiliter super illos et abjectissimos quosque homines pari impetu descendit, nec magis purpuram, quam saccum suspicit, sed in utrumque aequaliter decidit; ita sane verbum divinum ab evangelico prædicatore effluens indiscriminatum ad Reges, ad Principes, magistratos, et reliquos diversos hominum status absque trepore, et pavore dirigi debet. Scio Primates terrae concionatorum increpationem aegre ferre, quia cum ipsi sint oculi Republicae, non secus, ac oculi aërem confricationem moleste sustinent, et minima quaque palaeae laesione offendantur; ita et ipsi exigua quaque increpatione exacerbantur. Sed nihilominus prædicator facta reprehensio præsertim tendit non est, ut sic ammonentur, ipsos non minus, quam eorum subditos divinae legi obsequentes esse debere, immo et obsequentiores, ut non obscure indicavit sacerdos Ioida: cum enim Regi recens electo regalia insignia daret, coronam capiti imponens, et librum divinam legem conlaentem. Et (2. Paralipom.) legitimus quod cum Iois unctus esset in Regem, statim accessit ad eum sacerdos, una manu coronam capiti imponens, et altera divinæ legis librum porrigens. Quibus caeremoniis Spiritus sanctus innuebat, Principes tum legis divinæ veneratione, tum observatione, et executione insignes esse debere. Liber enim legis super caput venerationem, in manu vero executionem praesignificabat. Atque hinc est, quod disertissimus ille philosophus Bias interrogatus, quis inter Principes principatum dignior esset, respondit (id referente Platone) illum, qui legi obsequentior esset. Deinde Principum vitia increpare, et quorumcumque aliorum, qui aliis praesunt, dum tamen debito modo fiat, summae utilitatis est: nam pravo eorum exemplo ad similia peccata, quibus ipsi notantur, facile subditi rapiuntur, ut satis nobis manifestat illud Ieroboam, qui cum esset idolorum cultor, eius exemplo edocti subditi Idolia incensum adolere non dubitarunt. Idque observatione dignissimum arbitror, quod cum multi eo tempore ad Idolorum cultum converterentur, de nullo quidem, sed de solo Rege Ieroboam conquestus est, Deus. Non alia id factum crediderim ratione,

nisi quia cum princeps esset, et suo exemplo alios ad idololatram permississet, ipsi omnia aliorum peccata merito adscribi, et imputari debebant.

Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur. Postquam Christus Dominus Evangelii promulgationem discipulis suis commisisset, conditiones veri Evangelicae doctrinae professoris subiunxit, nimirum fidem divinam, et opera in charitate facta: *Qui crediderit, ecce fidem, et baptizatus fuerit, ecce opera:* susceptio enim baptismi praeclarissimum opus est: nam praeterquam baptizatus catholicam fidem proficitur, et divinis, et ecclesiasticis se obstringit praecipulis, tunc omnibus quae divinae legi contraria sunt, abrenunciatur: unde sacerdos baptizans ait: *Abrenuncias Satanae?* et nomine baptismi respondet patris, *abrenuncio:* et cum deinde ait, *abrenuncias Satanae?* et nomine baptismi respondet, *abrenuncio.* Et cum tandem ait, *abrenuncias paupis eius,* tandem respondet, *abrenuncio.* Divus Paulus loquens de prima fidei conditione, ut summam eius necessitatem nobis edoceret, in hunc modum eam definit (Hebr. 11.): *Fides est sperandarum rerum substantia.* Non est quod impii haereticis divo Paulo tanquam indocto theologo oblatreat, eo quod fidem, quam constat intellectui inhaerens accidens esse, substantiam vocaverit: ea enim metaphora sapientissime usus est Apostolos, ut significaret, quod sicut substantia fundamentum est accidentium, et pereunte illa, necesse est secundum naturas rerum perire accidentia: ita fides divina fundamentum est omnium supernaturalium virtutum, et illa extincta reliqui omnes extinguuntur. Atque huc mirifice facit singularis illa Ioannis Evangelistae visio: ait enim coelestis urbis Hierusalem, quae sibi ostensa fuerat, primum fundamentum esse iaspidem; lapis autem hic fidem divinam ad verum exprimit: nam sicut iaspis varios reliquorum lapillorum in se colores continet, adamantis candorem, smaragdi viriditatem, chrisolithi ruborem, et similes alios complectitur; ita etiam in fide quaedam virtutum omnium semina delitecent. In ea enim radicatur spes: nam si aeternae beatitudinis fidem non haberemus, sperari a nobis minime posset. In ea charitas radicatur: nam si per fidem non crederetur Deus summum bonum super omnia bona, notuquam diligeretur. In ea timor radicatur: si enim fide non haberemus iudicem acerrimum esse venturum, cum quidem paucissimi timerent. Est igitur fides fundamentum omnium virtutum iuxta Pauli sententiam, ex quo satis utique necessitas eius innotescit. Iam ad secundam honorum operum conditionem conveniamus: haec enim oportet, ut fidelis condecernat, ut in consortio eius veri evangelicae doctrinae professoris testimonium perhibeat. Non solum civili et canonico, sed et divino iure cautum est, integrum testimonium, veram ac firmam fidem faciens ex tribus, vel duobus ut minimum coalescere debere testimonium, Christo Domino dicente (Matt. 18.): *In ore duorum, et trium stat omne verbum.* Unius enim testimonium, etiamsi aliis stabilatur

iudicis, semiplenam tantum, non plenam probationem facit. Ad eundem certe modum, ut verus quis christianae religionis professor, et Christi imitator esse comprobetur, duorum oportet concurrant testimonia, fidei scilicet, et operum, quae tanquam testes, coelestes veritatem confirmant. Multis ac variis rationibus hanc catholicam doctrinam constabere posse; sed quia catholicos alloquor, qui ei minimo dissentunt, sufficiat id in medium producere quod fides divina lux est: *Fides,* inquit Eusebius Emissenus, *catholicae religionis lumen est.* Quod si lux est, inde evidenter efficitur, datam esse ad operandum, ut non obscure verba divi Pauli indicant. Qui cum internis, et externis lucis radiis circumdaretur, ut ait divus Lucas (Act. 4.): *Circumfulsit eum lux de caelo,* continuo clamavit: *Domine, quid me vis facere?* Posset quidem fidelis philosophus haec Paulina verba audientes obiter: *lucem ad videndum destinavit auctor naturae tanquam proprium potentiae visivae obiectum:* debet ergo Paulus dicere data coelitus sibi lux: *Domine, quid me vis videre, non quid me vis facere?* Verum divus Paulus probe agnosces lucem illam coelitus sibi missam ad operandum: unde David dixit quod postquam ortus est sol (Psal. 103.): *Exiit homo ad opus suum et ad operationem suam;* idcirco sapienter respondit: *Domine quid me vis facere; non autem quid me vis videre?* Atque hinc est quod pastor, cum tempore natalis Christi Domini insolitam lucem viderent, Luca dicente: *Claritas Dei circumfulsit illos,* continuo in Bethlehem se contulerunt, *transseamus usque Bethlehem etc. et venerunt festinantes.*

Licet enim Angolos nihil de protectione in Bethlehem esse diceret, sed nativitatem solum nunciaret: *Ecce evangelizo vobis hodie salvator mundi;* ipsi tamen divinitus illuminati lucem illam intelligentes datam esse ad operandum, confestim infatigam recens natum sollicito quaesierunt.

Idipsum tribus Regibus Persiis accidisse video, qui cum primum stellae lucem conspexerunt, confestim dixerunt (Matt. 2.): *Hoc signum magni Regis est, eamus, et inquiramus eum.* Universam hanc doctrinam sub ingeniosa quadam metaphora nobis edocuit sapientissimus Salomon, dicens (Prov. 2.): *Mulierem fortem quis inveniet? prout et de ultimis finibus pretium eius, vel ut alii vertunt, pretiosior est super topazium.* Verum si a Salomone inquiras, in quoniam multum fortitudinem suam ostendere possit, respondet: *Manus suas misit ad fortia, et digiti eius apprehenderunt fasces.*

Quis non mirabitur, sapientissimum Salomonem audiens dicentem in fusi usi fortitudinem aliquam delitescere? Si dixisset, *mulierem illam fortem in eo fortitudinem suam ostentasse, quod velut altera Iudith propria Holofernis ense caput eius amputavit;* vel quod ut altera Iosapad fortissimi Ducis Sisarae tempora clavo confodisset; vel quod ut olim Pontesica Amazonum Regina in bello contra Troianos viriliter propria manu pugnasset; vel quod ut celebris ac famosa illa Cleopatra

Aegypti Imperatrix equo insidens una manu scutum, altera evaginatum ensen tenens, velut fortissimus miles in hostes irruerat; vel tandem si dixisset Salomon, quod velut fortissima illa Mac habeo eorum mater pro divinis legibus observandis proprios filios morti exposuisset, et ad martyrium fortiter perferendum eos inflammasset, haec sane, quae fortitudinem magnam redolent, si Salomon adduxisset, consentanea quidem ad feminam illius fortitudinem demonstrandam dixisset. Fuso autem fila dicere nec minimum quid fortitudinis arguit, immo et id infirmis et imbecillibus feminis satis superque commune est.

Huius difficultatis solutionem ex eo pendere arbitror, quod linum adest in colo, fila vero ex eo deducta iacent in fuso. Ad id ergo alludens Salomon ait, fortitudinem animae per mulierem fortem significatam sitam esse non in eo solum, quod habeat integrum et intactum fidei linum, sed et quod inde fila deducat bonorum operum sui manum admovens: id enim sibi voluit verba illa, *et digiti eius apprehenderunt fusum*. Usus quidem frequens orationis, confessio nis, sacrae Eucharistiae, elemosynarum, ieiunii, et similia virtutis operum animae fortitudinem indicant.

Itaque non solum fides, sed et opera adhibere oportet, ut quisque se veram doctrinam Christianam a seclum comprobet. Memini quod et huius argumento aptari potest, insigne illum duceam Epaminondam (id referente Xenophonte) in publico tribunali falso accusatum, quod patriae infidelis, et proditor extitisset, in conspectu iudicum respondisse, non alia testimonio in innocentiae meae defensionem in medium producere, quam egregia, et memoranda facinora, quae in reipublicae utilitatem patravi; et continuo: Ecce, inquit, Epaminondas Lacedaemones infestissimos hostes profligavit, Epaminondas rixantem Asiam pacificavit, Epaminondas universam Graeciam libertate donavit: haec insignia opera, quis ego extiterim, Reipublicae facile detegunt: quae si eum occubero, in sepulchro meo indelebilibus characteribus describantur, a falsis adversariorum cavillis, et calumniis me facile vindicabunt.

Ita sane, qui operibus suis qualem se semper exhibuerit, comprobare poterit, ille quidem verus evangelicae doctrinae professor est, et in eorum numerum merito referri potest, de quibus Christus dixit (Marc. 15.): *Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit.*

Signa autem eos qui crediderint, haec sequentur: In nomine meo daemonia eicient, linguas loquentur novis, serpentes tollent: et si mortiferum quid biberint non eis nocbit, super agrum manus imponent, et bene habebunt. Ecce privilegiorum catalogum, quibus olim Christus Dominus primitivae Ecclesiae credentes donabat. Primum *daemonia eicientia*. Porro ut triumphus de superbiissimo daemone, et ipsi ignominiosior, et fidelibus gloriosior esset, divino consilio in Ecclesia primordis statutum fuit, ut exoristarium muncere, quibus ex humanis corporibus

daemonia expellere incumbat, pueri gaudent: sic enim fidelibus innotescit post Christi in cruce victoriam extenuatis adeo remansisse daemonis vires, ut et pueri alia imbecillae facile eos profligare et expugnare possent: quod non solum in exorcistis cernere est, sed in virginibus iuveniculis, quae saepe 15. annum non attingerant, et tamen invictissimo animo pro catholica veritate sanguinem effundentes Principum potentiam superarunt, et daemones nova vincula iniecerunt, iuxta illud Iob: *Ligabis eum ancillis tuis*. Id sane praecognovisse videtur regius Propheta, cum dixit (Psal. 103.): *Draco iste quem formasti ad illudendum ei: quasi diceret, adeo virtute Christi huius infestissimi hostis insolentia coercita est, ut tenellae virgines, et pueri illum irridant, illudant, et ignominiosissime exprobrant, prout accidit Iusta, et Pastori, qui decimum annum nonlum attingentes, ita acriter pro Christi nomine pugnarunt, ut cum summa confusione Principum harum tenebrarum mortem oppetere non dubitarent. Sed iam aliter eadem verba cum divo Chrysostomo interpretamur, sic enim ait: *Magnus daemones peccatum est: quod si a te abieceris, manus, mihi crede, fecisti opus, quam si daemones eiceris*. Merito vocat hoc opus excellentius, et maius, quia deo terius est homini non solo peccato inficit quam integram daemoniorum legionem continere.*

Secundum privilegium erat: *Linguas loquentur novis*. Quod licet revera intelligatur de dono linguarum, ut diverso idiomate secundum diversitatem auditorum facile ut possent, aliud etiam excellentius eis communicabatur, pristinam profanam eorum conversationem in religiosam, et piam convertentes: est enim non leve argumentum interioris renovationis externae conversationis innovatio: nam ut docuit Aristoteles (1.2. de interp.), verba sunt eorum, quae sunt in anima passionum notae: quasi dicit, verba sunt latentium cogitationum disertissimi interpretes: sunt velut manus horologii, quae regulationem, vel irregularitatem motus eius plane indicant: sunt velut pulsus, qui motu suo valetudinis, vel infirmitatis, certissimi indices existunt: sunt tandem iuxta Democriti sententiam, id referente Diogene Laertio, cordis umbra, quae quomodocumque umbra refert figuram corporis, ita et verba affectus cordis: si enim verba pauca, et matura sunt, loquentis prudentiam indicant: si multa, et incompta, insipientiam eius detegunt. Experientia compertum est, quod flumina ubi profundiores sinus habent, ibi maiori silentio profluunt: ubi autem magno fragore quasi se praecipitantes, aquae defluunt, minor ibi adest aquarum copia, et profunditas. Non dissimiliter, qui paucis verbis utens silentium colit, et matura verba profert, se profunda cogitatione, quae dicenda sunt, perpendere aperte manifestat; et contra vero loquacitatis amator incomposita verborum serie considerationis profunditatem se carere palam ostendit. Unde Sponsus ad significandam prudentiam, ac maturitatem verborum Sponsae dixit (Cant. 4.): *Labia tua sicut villa coccinea.*

Comparatibus verba vitae coccineae, quia sicut femina, ne capilli incompositi comantur, et huc illaque vento ferantur, illos omnes vitta constringens aptat, et componit: ita et Sponsa incredibili prudentia, singularique maturitate verba conlexens, egregie adeo illa aptabat, ut neque unam solum rationis regulam transiret. Dixit autem viltam illam esse coccinei coloris, ut significaret, verba Sponsae non solum a prudentia, sed et a charitate, ut aiunt Theologi, imperari.

Tertium privilegium erat: *Serpentes tollent*: quae verba divus Gregorius exponens (et haec sit prima expositio) ait: *Qui bonis suis exhortationibus multum de alienis cordibus auferunt, serpentes tollunt*. Sed pro dolor, plures invenies, qui serpentes potius appetunt, quam qui tollant, quia boni consiliiarii pauci, mali vero innumeri. Illos Iob Satanae collum roccavit, dum de Diabolo loquens; ait (Iob 41.): *In collo eius demorabitur fortitudo*. Apta sane metaphora: nam sicut per collum infecti capitis influenzae corruptae ad membra derivantur; ita ex Diabolo malorum capite, per malos consiliarios, velut per collum, pravae influenzae (scelerata consilia intelligo) ad membra eius defluunt. Ideo autem ait Iob in collo fortitudinem suam maxime ostentare (in collo eius demorabitur fortitudo) quia quod Satan propria industria percipere non potest, mediantibus pravis consiliariis extorquet a nobis: ut non obscure indicat id, quod contigit Amnon, cui sororis amore accenso cum non valeret Diaboli insectum persuadere, adhibuit Ionadab iniquum consiliarium, qui hoc incestuosum consilium adhibuit, ut se morbo laborantem fingeret, et ita ad illum visendi gratia sorore sine dubio adventante, facile desiderium suum satiare posset. Semen huius mali consilii Amnon in corde suo fovens incestum perpetravit. Secunda explicatio sit, ut intelligamus per serpentes pravas cogitationes, quae peccati venenum in voluntate ipsa consentiente producent. Novi ego non paucos adeo circa cogitationes deceptos, ut dum in externam operationem non prodirent, quantumcumque voluntas consensisset, nullum peccatum se fecisse putarent. Cum tamen, praeterquam Ieremias ait (Ierem. 4.): *Quousque morabuntur in te cogitationes noxiae?* quibus aperte ostendit non solum in pravis cogitationibus consensus, sed voluntariam in illis moram peccatum esse) manifestum est secundum bonam Theologiam, totam malitiam operationis externae, prout habet rationem peccati, ab interno consensu emanare. Horum depravatorum hominum cor ad vivum exprimit templum illud Ezechielis abominationibus plenum, quod Deus manifestavit Ezechiel, dicens (Ezech. 8.): *Fili hominis, fode parietem, et vide abominationes, quas isti faciunt hic*. Prima erat, quod in introitu Idolum zeli aderat. Secunda, quod plura alia Idola in pariete erant depicta. Tertia, mulieres sedentes, quae plangebant Adonidem. Quarta, senes quidam, qui dorsa vertebant contra Altare Domini. Idolum in introitu templi cogitationes pravas

designat, quae peccati lanuae sunt. Idola in pariete multis coloribus depicta, eandem executioni mandata, variis, ac deformibus circumstantibus affectus significant. Feminae, quae sedentes plangebant Adonidem Veneris amantem, in libidinis peccatis obstinatos, qui in cathedra pestilentiae sedent, apte expriment. Ac tandem senes dorsa contra altare vertentes eos designant, de quibus ait Apostolus (Rom. 1.) *Traditos esse in reprobam sensum*. Haec omnia mala non aliunde certe ortum, et originem habuerunt, quam ex prava illa cogitatione. Iob pravas has cogitationes latrunculos vocavit, quia paulatim, saepe tamen, furantes, ingentem rei familiaris iacturam faciunt (Iob 29.): *Venerunt latrunculi, et fecerunt viam per me*. Videtur hi latrunculi figurari per illos, de quibus dicitur (4. Reg. c. 5): *Porro de Syria egressi sunt latrunculi, et captivam duxerunt de terra Israel pulchrum parvulum*. Daemones enim pravis cogitationibus, quos suggerant, veluti vitibus animam aliquid, et in servitutem suam redigunt. Et quidem quamvis cogitationes videantur subtiles fuses, nodus tamen earum non facile solvitur. Sicut enim si in subtili filo serico nodus fiat, difficillime solvi potest; ita saepe cogitationes, deverserunt difficillimum est: unde divus Gregorius ait (4. Moral.): *Facile est perverra opera vitare, sed nimis difficile est ab illicita cogitatione mentem corrumpere*. Quomodocumque autem serpente manum pungente confestim praesentissimo theatraeae antidoto utimur, ne alias venenum cor inficiens mortem inferat; ita etiam cum serpens pravis cogitationis mentem pungit, continuo orationis antidoto occurrendum est, ne si voluntatem veneno suo inficit, spiritalium animae mortem inferat.

Quartum privilegium erat: *Si mortiferum quid biberint, non eis nocbit*. Expertus id fuit Iohannes Evangelista, de quo refert Nicolaus de Lira (in commenta. huius loci) propinatum illi fuisse poculum veneficum, nihil tamen ei nocuissent aliis. Theophylactus (in hunc locum) etiam ait: *Saepe in historiis legimus multos venena bibita Christi munus signaculo laedere non potuisse*. Porro sanctus Gregorius Magnus mystice praefata verba explicans, *sed pestiferas*, inquit (suasiones audiunt, sed tamen ad operationem pravam minime pertrahuntur, mortiferum quidem est quod bibunt, sed eis non nocbit) Id satis superque innotuit in insigne illo Eleazaro Machabaeo, qui, cum pravi amici suaderent, ut quamvis prohibita in lege esca non vesceretur, vesci tamen illis se simularet, ut sic mortem effugeret, ipse vero ut animo erat constantissimus, respondit dicens: *Non enim aetatis nostrae dignum est fingere, ut multi adulescentes arbitrantur Eleazarum novaginta annorum transisse ad vitum alienigenarum, et ipsi propter mentis simulationem, et propter medicum corruptibilem vitae tempus decipiantur*. Quo exemplo reliqui omnes septem fratres novas assumptas vires pro patris legibus gloriose occubuerunt: et eodem facto impletum est quod ait sacer Evangelista, quoniam commemorans privilegium: *Super agrum manus imponent, et bene habebunt*: nam iuxta divi

Gregorii sententiam manus impositio boni exempli exhibitionem significat: *Qui exemplo, ait, suae operationis aliorum vitam roborant, quid aliud faciunt nisi super aegros manus impingere, ut bene habeant? Ut tamen Christi discipuli monerentur, ne cum daemonia eucerent, infirmos cura curant, et similibus portentosis operibus vacarent, propriae virtuti, et sanctitati superbiae tribuerent, cum tamen non sua, sed Christi virtute patrandae forent, continuo subiunxit Christus Dominus ea omnia operaturos fore in eius nomine: *In nomine meo daemonia eiciunt, linguas loquentur novis, serpentes tollent etc.**

Cum enim ipse docuerat stulti hominis esse aedificium altum erigere sine praeciatis fundamento: *Similis erit viro stulto, qui aedificavit domum suam super arenam, et descendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et irruerunt super illam, et cecidit, et fuit ruina illius magna.* Praecaveus hoc malum contendebat Christus Dominus animos discipulorum in humilitate radicare. Memini apud Ezechielem legisse, quod vidit electrum in medio cuiusdam tempestatis, per quod sanctus Gregorius intellegit Christum Dominum: nam sicut illud est mixtum quoddam ex auro, et argento, ita Christum Dominum ex divinitatis auro, et purissimae humanitatis argenteo in persona Verbum compactum cernimus.

Verum per electrum non incongrue putaverim hominem adamussum significari, qui mixtum quoddam est ex immortalis spiritus, et corpore mortali collatum. Unde cum electri natura haec sit, ut splendor lateat, et non appareat, ita oportet iustos quod splendoris habent, non ostentare, sed supernaturalia dona soli Deo adscribentes humilitate contigere. Cum enim illa sint velut pretiosissimum thesaurum, et infiniti propemodum depraedatores illum circumstant, oportet ut sub terra humilitatis profundissime lateat.

Observavi non semel, quod in illis in quibus electrum simile Christo Domino invenitur, persimile etiam humilitati esse perhibetur. Nihil electro magis contrarium quam serpentis venenum: nihil magis cum Christo, et humilitate quam superbia pugnat. Haec enim est venenum quod antiquus serpens in auribus primorum parentum sputavit, dicens (Ge-

nes. cap. 3.): *Eritis sicut dii, Electrum vehementer odoriferum est Christus Dominus, et humilitas tanta odoris suavitate flagrans, ut de illo dicat Sponsa (Cant. 1.): Curremus in odorem unguentorum tuorum. De humilitate vero: *Nardus mea dedit odorem suavitatis.**

Per nardum autem divus Bernardus humilitatem intellegit, quia humilis et parva planta est, et pectoris inflammationes solvendi virtutem habet: quae omnia humilitati congruere nemo est qui non videat, cum haec hominem parvulum in oculis suis faciat, sicut ad David dictum est (1. Reg. 15.): *Cum parvulus esses in oculis tuis, copul in tribus Israel factus es: et insuper elati, et superbi cordis tumores detumefaciat.* Electrum leves paleae et terrae pavimento elevat, Christus Dominus iuxta Davidis sententiam (Psal. 112): *Suscitatus de terra inopem, et de stercore erigit pauperem.* Idem sane praestat humilitas, iuxta illud (Luc. 3.): *Qui se humiliat, exaltabitur.* Electrum ad recipiendum lucem et splendorem aptissimum est. Christus Dominus *Splendor Patris* vocatur a Paulo, et ipse de se ait: *Ego sum lux mundi.* Humilitatis autem individuum comitem sapientiae lumen esse aperte indicant verba Salomonis (Proverb. 11.): *Ubi humilitas, ibi sapientia.* Hoc discernim animadverti inter oculos aquilae, et nicticoeae, quod illius cum parvuli sint, virtute magna ad videndum vigent; et contra vero huius oculi cum magno sint, exigui visus acumine pollent. Simile quiddam in hominum oculis observare licet: qui enim profundiores illos habent, perspicaciores sunt ad videndum; qui vero eminentes et quasi tumidos minus expedita potentia visiva gaudent, interim minus doctos hortatus, ut silentio faveant, et dum sublimiora traduntur, labelium digito compescant, quae assequi in tanto mysterio non possunt, pio stupore venerantes: quoniam *sapientiam loquimur inter perfectos.* Primum mihi licet per Isaiam cum Athanasio, et Gregorio Nazianzeno, verbum unum mutare ex his quae ipse de generatione Filii aeterni loquens scripsit, dum admiratione plenus sic interrogat: *Generationem eius quis enarrabit?* licet, inquam, mihi dicere, processionem eius quis enarrabit? Nam si difficile est de Spiritu divini generatione disserere, et productionem et processionem loqui: certum enim et apertum est philosophos non paucos, ut Eugebium refert de perenni philosophia, nonnihil subollesisse et praesensisse de prima et secunda persona divina, Patrem principium, et Verbum Filium appellantes; de tertia tamen persona, quae Spiritus sanctus est, nullam omnino habere notitiam. Hinc si Plato, et Trismegistus de tertia persona in divinis aliquid dixerunt, inde est quod ab Aegyptiis acciperent, ut noster Galatinus docet; atque ideo reliqui philosophi dicere vere poterant: *Nec scit Spiritus sanctus, scimus.* Propterea S. Au-

DE

PORTENTOSA MISSIONE

SPIRITUS SANCTI

ET EIUS ARCANIS.

LIBER DECIMUS SEXTUS

HOMILIA PRIMA

Processio Spiritus sancti, et illius in animis iustorum habitatio multiplici sacrarum litterarum, et sanctorum Patrum eruditione declaratur.

Apostolus Paulus cum haberet compertum, se nequaquam posse convenienter eadem apud omnes uti doctrina, quippe non semper cum eisdem agebat, dixit ad Romanos scribens: *Sapientibus, et insipientibus debitor factus sum.* Cuius verbis ac vestigiis ego insistens praesentem homiliam viris doctioribus impendat, interim minus doctos hortatus, ut silentio faveant, et dum sublimiora traduntur, labelium digito compescant, quae assequi in tanto mysterio non possunt, pio stupore venerantes: quoniam *sapientiam loquimur inter perfectos.* Primum mihi licet per Isaiam cum Athanasio, et Gregorio Nazianzeno, verbum unum mutare ex his quae ipse de generatione Filii aeterni loquens scripsit, dum admiratione plenus sic interrogat: *Generationem eius quis enarrabit?* licet, inquam, mihi dicere, processionem eius quis enarrabit? Nam si difficile est de Spiritu divini generatione disserere, et productionem et processionem loqui: certum enim et apertum est philosophos non paucos, ut Eugebium refert de perenni philosophia, nonnihil subollesisse et praesensisse de prima et secunda persona divina, Patrem principium, et Verbum Filium appellantes; de tertia tamen persona, quae Spiritus sanctus est, nullam omnino habere notitiam. Hinc si Plato, et Trismegistus de tertia persona in divinis aliquid dixerunt, inde est quod ab Aegyptiis acciperent, ut noster Galatinus docet; atque ideo reliqui philosophi dicere vere poterant: *Nec scit Spiritus sanctus, scimus.* Propterea S. Au-

gustinus (super Ezechielum) acule dixit, Pharaonis Magos duo illa signa quae Moyses ediderat, facere potuisse, ranarum videlicet, et conversionis aquae in sanguinem, defecisse tamen in tertio signo, nempe in calcium productione; atque ideo dixisse *Digitus Dei est hic.* Per digitum Dei intellegitur Spiritus sanctus, ut Chrysostomus (super Math.) animadvertit: quoniam quemadmodum brachium in sacris litteris significat secundam personam, quae est Filius, ita manus vel digitus tertiam, quae Spiritus sanctus est, innuit. Inquit ergo Augustinus, quod etiam dixisse invenio Clementem Alexandrinum, defecisse tamen in tertio signo, qui duo prima fuerant operati, manifeste indicare, celebres illos gentium philosophos adeptos fuisse aliquantulum cognitionis et luminis, licet exigui et obscuri, quo divinarum personarum Patris, et Filii aliquam involutaque notitiam habuerunt, non tamen potuisse ad Spiritus sancti cognitionem penetrare, quae omnibus semper fuerat occulta, et investigabilis. Nec mirum profecto si illi defecerint, cum ipsi quod sacri Doctores, qui sunt christianae Religionis micantes stellae, ardentis facies, et clara lumina, adeo se parum idoneos agnoscant ad loquendum de Spiritus sancti processione, ut Augustinus gravissimus et eruditissimus Ecclesiae Doctor dixerit contra Maximum (lib. 3. c. 14.): *Quaeris a me, si de substantia Patris est Filius, de substantia Patris est Spiritus sanctus, cur unus Filius, alius non. Ecce respondeo, sive capias, sive non capias, de Patre est Filius, de Patre est Spiritus sanctus; sed ille genitus, iste procedens.* Hoc ipsum est quod de Augustine percontatur, et tu pro responsione reddis nostram interrogationem: *Petis principium, dicent tibi Theologi id ipsum est quod interrogamus, videlicet cur ille genitus, hic procedens: quod certe non ignorabat Augustinus: ideoque statim subiunxit: Quid autem inter nasci, et procedere intersit (de illa excellentissima natura loquens) explicare quis potest? et tandem se imparem tantae difficul-*